 uocatis. **R.** discipulis suis ait illis **A**men vere. **L.** dico vobis qm̄

ibus Et tūc veniet cōfirmatio Et. R. cū duxerint vos tradentes ponite. L. in cordib' vris nō p̄meditari quēadmod' n̄ideat. Nolite. R. p̄cogitare q̄d loq̄mini. Nō enī vos estis loquētes sed sp̄s/ scūs Ego. L. enī dabo vob os et sapiam cui nō poterūt resistere et tradicere om̄es aduersarij v̄ri Tradet. R. aut̄ frater fr̄em in mortē et p̄f filiū et surgēt filij in pentes. et morte eos afficient Trademini. L. enī a pentibus et fr̄ib' et amicis et cognatis q̄ eritis. L. R. odio om̄ib' hoibus p̄pter nomē meū et. L. capillus de capite v̄ro nō p̄bit Qui. R. aut̄ sustinuerit vsqz in finez hic salu' erit In pacia. L. v̄f a possidebitis aīas v̄ras Cū. M. ergo. R. v̄f deritis abominationē desolationis q̄ dicta est a daniēle p̄pheta stantē in loco sc̄o vbi. R. nō debz qui. M. R. legit intelligat Cum. L. aut̄ videritis circūdari ab exercitu ih̄rlm tūc scitote qz appropinquabit desolatio ei' Tūc. M. R. qui. L. in iudea sūt fugiāt ad mōtes. et. M. qui. R. in tecto nō descendāt aliq̄d tollere de domo sua. et q̄ in agro nō reuertat̄ tollere tunicā suā et. L. qui in medio eius sūt discedāt. et qui in regionib' nō intrēt in eā qz dies vltionis hī sūt vt impleant' oīa q̄ sc̄pta sūt Ne at. M. R. l. p̄gnātib' et nutriētibus in illis diebus Orate. M. R. ne fiat fuga v̄ra h̄yeme vel sabbo Erit. L. enī p̄ssura magna sup terrā et ira populo huic Et cadēt in ore gladij et captiui ducent' in om̄es gentes et ih̄rlm calcabit' a gentibus donec impleant' t̄pa nationū

De signis iudicij. M. xxiij. R. xlii L. xviij

et xxi. ac. xij Caplm. xxxij.

Et. L. ait ad discipulos suos veniet t̄p̄s q̄n desiderabitis v̄dere vnū diē filij homis et non videbitis Erit. M. enī tūc tribulatio magna. Erūt. R. aut̄ dies illi tribulationis et tales q̄les nō fuerūt ab initio creature quā cōdidit de' vsqz nūc neqz sient Et nisi abbreviasset d̄ns dies illos nō fuisset salva omnis caro h̄ p̄pter electos quos elegit d̄ns abbreviabit dies Et. L. dicēt vobis Ecce hic ecce illic Tunc. M. si. R. q̄s vob dixerit Ecce hic est xp̄s aut illic. nolite credere nolite. R. ire neqz sedemini Surgēt. M. R. enī pseudo xp̄i et pseudo p̄p̄be q̄ dabūt signa magna et p̄digia et portenta. R. ad seducēdos si fieri p̄t etiā electos Ita. M. vt in errozē ducant' si fieri p̄t etiā electi Ego p̄dixi vob om̄ia. vos ergo videte Si ergo. M. dixerint vob Ecce in deserto est nolite exire Ecce in penetrabilib' nolite credere Nā. L. sic fulgur exiit. M. ab oriēte coruscans. L. de sub celo in ea que

possūt hec intel ligēda diuersis vicib' licet sonēt

Monotesteron siue

sub celo sūt fulget et apparet. **M.** vsq; in occidentē. ita. **L.** erit fili⁹ hominis et aduētus. **M.** in die. **L.** sua. **M.** bicūq; **M.** fuerit corp⁹ illuc congregabunt et adle. **Primū.** **L.** aut oportet illū multa pati et reprobari a generatione hac. **Stati.** **M.** **R.** at post tribulationē dierū illoz sol obscurabit. et luna nō dabit lumē suū et stelle cadent de celo. **Et.** **L.** erūt. **xxi.** signa in sole et luna et stellis et in terris p̄ssura gentiū p̄ ofusione sonitus maris et fluctuū arescētib⁹ hoibus p̄ timore et expectatione q̄ supueniēt vniuerso orbi. **Et.** **M.** virtutes celoz et **R.** que sub celo sūt mouebunt. **M.** **R.** **L.** Et tūc. **M.** ap̄parebit signū fili⁹ hominis in celo et. **M.** tūc. **R.** **L.** plangēt se omēs tribus t̄re. **Et** tūc videbūt filiū hois venientē in nube cum ptāte magna. **R.** **L.** et gloria. **R.** et maiestate. **L.** **M.** Et mittet. **M.** **R.** āge los. cū tuba et voce magna et congregabūt electos a quoz vētus a sūmis celoz vsq; ad ēminos eoz. a. **R.** sūmo t̄re vsq; ad sūmū celi. **Ab.** **M.** arboze. **R.** fici discite pabolā. Cū iaz ramus ei⁹ tener fuerit et folia nata. cognoscitis. **R.** qz in p̄ximo sit estas. **His.** **L.** aut fieri incipiētib⁹ respicite et leuate capita v̄ra qm̄ appropinqt redēptio v̄ra. **Et** dixit illis silitudinē. **Videte** ficulneā et omēs arbozes cū p̄ducūt iā ex se fructū. scitote qz p̄pe est estas. **Ita.** **M.** et **L.** vos. **R.** cuz videritis hec fieri scitote qz p̄pe. **M.** est et in ianuis et hostijs. **R.** regnū. **L.** dei. **Amē.** **L.** **M.** **R.** dico vob qm̄ nō trāsbūt generatio hec. donec oīa fiāt. **Celū** et t̄ra trāsbūt. v̄ba autē mea nō trāsbūt. **Attēdite.** **L.** aut vobis ne forte grauent̄ corda v̄ra crapula et ebrietate et curis hui⁹ vite et supueniat sup vos rep̄tina dies illa. **Tanq̄.** eni laq̄us supueniēt in omēs qui sedent sup facie omīs t̄re. **De.** **M.** die. **R.** aut et hora illa nemo scit neq; āglī celoz neq; **R.** filius nisi solus p̄. **Sicut** autē. **L.** fuit. **xvij.** in dieb⁹ noe ita erit in dieb⁹ aduētus. **M.** fili⁹ hois. **Sic** eni erāt ante diluuiū comedētes et bibentes. nubētes et nuptui tradētes. edebant **L.** et bibebāt et vxozes ducebāt. et dabant ad nuptias vsq; ad eū diē in quo intrauit in arcā noe et non cognouerūt donec vēit diluuiū et tulit et p̄didit. **L.** oēs. **M.** **Ita** erit aduētus fili⁹ hominis. **Sitr.** **L.** sicut fēm est in dieb⁹ loth edebāt et bibebāt emebant et vendebāt plātabāt et edificabāt. **Qua** die aut exiuit loth a domo pluit d̄ns ignē et sulphur de celo et oēs p̄didit. **fm** **B** erit qua die filius hois reuelabit. in die illa qui fuerit in tecto et vasa eius in domo ne descēdat tollere illa. **Et** qui in agro sitr nō redet at retro. **Memores** estote vxozis loth. **Quicūq;** q̄sierit a sam suā saluā facere p̄det illā. **Et** quicūq; p̄diderit eam viuificabit illam.

Dico. L. vobis. M. In illa nocte erunt duo in lecto. vnus assumeſt et alter relinquet. **Duo** erunt molētes in vnū. in. **L.** mola vna assumetur et altera relinquet. **Duo** in agro vnus assumeſt et aliter relinquitur **R**ndentes dicunt illi. **Ubi dñe?** **Qui** dixit illis **Ubi**cuq; fuerit corp' illic congregabunt et adle **Vigilate. L. xxi.** itaq; omni tpe orantes vt digni habeamini fugere omnia ista que futura sunt et stare ante filiū hominis

(Ca. xxxij.)

De vigilia et orōne. M. xxxij. R. xliij. L. xliij.

Videte. **R.** vigilate et orate nescitis eni qñ tpus sit **Sicut** eni hō qui pegrē pfectus reliquit domū suā et dedit suis suis potestātē cuiusq; opis et ianitori pcepit vt vigilaret **Vigilate** ergo nescitis eni qñ dñs dom' veniat sero an media nocte an gallicantu an mane. **Ne** cū venerit repēte inueniat vos dormiētes **Qd** aut vobis dico. oibus dico. vigilate. **Sint. L. lū/** bi vři p̄cincti et lucerne ardētes in manib' vři **Et** vos similes hoib' expectātibus dñm suū qñ reuertat a nuptijs vt cū venerit et pulsauerit ostium apiant ei **Sti** sūt hui illi q̄s cū venerit dñs inuenerit vigilātes **Amē** dico vob q̄ p̄cinget se et faciet illos discubere et trāsiens ministrabit illis **Et** si venerit in scda vigilia et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit. **Sti** sūt hui illi **Vigilate. M.** ergo qz nescitis qua hora dñs vři v̄turus sit **Doc. M.** aut **L.** scitote qm si sciret p̄familias qua hora fur veniret vigilaret vtq; et nō sineret pfodi domū suā **Et** vos estote parati quia q̄ hora nō putatis fili' hois veniet **Dit. L.** aut ei petr'. **Dñe** ad nos dicis hāc pabolā an et ad omes? **Dixit** aut dñs **Quis** putas est fidelis dispensator et prudēs quē constituit dñs sup familiā suā vt det illis cibū in tpe. in tpe. **L.** tritici mensuraz? **Stis. L.** **M.** ille huus quē cū venerit dñs inuenerit sic facientē **Amē. M. L.** dico. **M.** vobis sup oia bona q̄ possidet constituet eū **Si. M.** aut. **L.** dixerit male ille huus in corde suo. morā facit dñs meus venire et cepit pcutere seruos suos. pueros. **L.** et ācillas et edere et inebriari. māducet autē et bibat cū ebriosis **Veniet. L. M.** dñs hui illi' in die qua nō spat et hora qua nescit. et diuidet eū. ptē qz ei' cū infidelib' ypocritis. **M.** ponet **Ibi** erit flet' et stridor dentiu. **Ile. L.** aut huus qui agnouit volūtātē dñi sui et nō se pparauit et nō fecit sm volūtātē ei' plagis vapulabit multis **Qui** autē nō agnouit et fecit digna plagis vapulabit paucis **Omni** at cui multū datū est multū q̄ref ab eo. et cui commendauerūt multū pl'

possunt hec intelligi posita per rememoracionem

Monotesteron sine

petet ab eo **I**gne veni mittere in terram Et quod volo nisi ut accedat
Baptismo habeo baptisari et quod coartor usque dum perficiat. **D**uta-
tis quia pacem veni dare in terram non dico vobis sed separationem Erunt ex
hoc quoniam in una domo divisi tres in duos et duo in tres. **D**ividet
pater in filium et filius in partem suam Et mater in filiam et filia in matrem **S**ocrus
in nurum suam et nurus in socrum suam. **(**modo iudicij. **M** xxv. **C**a. lxxiiij.

De decem virginibus et de decem talentis et de

Tunc simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. **Q**uoniam autem ex
eis erant fatue et quoniam prudentes. **S**ed quoniam fatue acceptis lampadibus
non supererunt oleum secum. **P**rudentes vero acceperunt oleum in
vasis suis cum lampadibus. **M**ox autem faciente sponso dormitauerunt omnes
et dormierunt. **M**edia autem nocte clamor factus est **E**cce sponsus venit
exite obviam ei. **T**unc surrexerunt omnes virginibus ille et ornauerunt lampades
suas. **F**atue autem sapientibus dixerunt **D**ate nobis de oleo vestro quia
lampades nostre extinguuntur. **R**esponderunt prudentes dicentes **N**e forte non
sufficiat nobis et vobis ite potius ad vendentes et emite vobis. **D**um
autem iret emere venit sponsus et que parate erant intraverunt cum eo ad
nuptias. et clausa est ianua. **N**ouissime vero veniunt et relique virginibus
dicentes. **D**ne donec aperis nobis. **A**t ille respondens ait. **A**men dico vobis
Nescio vos. **V**igilate itaque quia nescitis diem neque horam. **S**icut enim
homo peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua
et unum dedit quoniam talenta. alii duo. alii vero unum. unicuique secundum propriam
virtutem et profectus est statim. **A**bsint autem qui quoniam talenta acceperunt et
operatus est in eis et lucratus est alia quoniam talenta. **S**ed et qui duo acceperunt
lucratus est alia duo. **Q**ui autem unum acceperunt absint et fodit in terram
pecuniam domini sui. **P**ost multum vero tempus venit dominus servorum illorum et
posuit rationem cum illis. **E**t accedens qui quoniam talenta acceperunt obtulit
alia quoniam talenta dicens. **D**ne quoniam talenta tradidisti mihi ecce alia quoniam
talenta supperlucratum sum. **A**it illi dominus ei. **E**xultet hinc bone et fidelis quia
sup pauca fuisti fidelis sup multa te constitua. **I**ntra in gaudium domini tui.
Accessit autem et qui duo talenta acceperunt et ait. **D**ne duo talenta
tradidisti mihi. ecce alia duo supperlucratum sum. **A**it illi dominus ei. **E**xultet
hinc bone et fidelis quia sup pauca fuisti fidelis sup multa te constitua
intra in gaudium domini tui. **A**ccedens autem et qui unum talentum acceperunt
ait. **D**ne scio quia durus es. metis ubi non seminaasti. et congregas ubi
non sparsisti et timens abscondi talentum tuum in terra. **E**cce habes
quod tuum est. **R**espondens autem dominus ei. **D**ixit ei. **S**erve male et piger scier

bas qz meto vbi nō semino et ogrego vbi nō sparfi. oportuit ergo te pecuniā meā omittere numularijs ⁊ veniens ego accepissē vtiqz qd meū est cū vsura. **Tollite** igit̃ ab eo talētū ⁊ date ei qui habet decē talēta. om̃i eni h̃nti dabit̃ et abūdabit. ei aut̃ qui nō habz et qd videt̃ h̃re aufereť ab eo. et inutile seruis̃ effcite in tenebras exteriores. **Illic** erit fletus ⁊ stridor dentiu. **Cū** aut̃ venerit filius hominis in maiestate sua et om̃es angeli eius cū eo. tunc sedebit sup sedē maiestatis sue ⁊ ogregabunt̃ añ eū om̃es gētes et sepabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab edis. **Et** statuet oues quidē a dextris. edos at̃ a sinistris. **Tūc** dicet rex his qui a dextris eius erūt **Venite** benedicti p̃ris mei possidete paratū vobis regnū a ostitutione mundi **Esuriui** eni et dedistis mihi māducare. sitiuī et dedistis mihi bibere hospes erā et collegistis me. **Nudus** erā et cooperuistis me. infirmus et visitastis me **In** carcere erā et venistis ad me. **Tūc** r̃ndebunt ei iusti dicentes **Dñe** qñ te vidimus esurientē et pauimus. sitientē et dedim⁹ tibi potū? qñ aut̃ te vidimus hospite et collegimus **Aut** nudū ⁊ cooperuimus te? **Aut** qñ te vidimus infirmū aut in carcere ⁊ venim⁹ ad te? **Et** r̃ndēs rex dicit illis **Ame** dico vobis q̃diu fecistis vni de his fr̃ibus meis minimis mihi fecistis. **Tunc** dicet et his qui a sinistris eius erūt. **Discedite** a me maledicti in ignem eternū qui paratus est diabolo et angelis eius. **Esuriui** enim ⁊ nō dedistis mihi māducare. sitiuī et nō dedistis mihi potū. hospes eram ⁊ nō collegistis me **Nudus** et nō cooperuistis me **Infirmus** et in carcē et nō visitastis me. **Tūc** r̃ndebūt ei et ip̃i dicētes **Dñe** qñ vidim⁹ te esurientē aut sitientē aut hospite aut nudū aut infirmū aut in carcere et nō ministravimus tibi? **Tūc** r̃ndebit illis dicēs. **Amen** dico vobis. q̃diu non fecistis vni de minoribus his. nec mihi fecistis. et ibunt hī in suppliciu eternū **Iusti** aut̃ in vitā eternā.

De mō christi in docēdo L. xxi. et de obstinatione iudeorū Jo. xij. Ca. xxxv.

Quāt̃ L. aut̃ in diebus docēs in tēplo. noctibus hō exlēs morabat̃ in monte qui vocat̃ oliueti **Et** om̃is populus manibabat ad eū venire in tēplo audire illū **Cū**. J. autē tāta signa fecisset corā illis nō credebāt in eū vt sermo ysaiē cōpleret̃ quē dixit **Dñe** q̃s credidit auditui ñro? ⁊ brachiū dñi cui reuelatū est? **Propterea** nō poterāt credere qz iterū dixit ysaias **Et** excecavit oculos eorū et induravit cor eorū vt nō videāt oculos

potest hoc intel ligi positum hic per rememoratio nē quando sequitur ad ea q̃ chri stus dixit Ante sex dies pasche.

Monoteseron siue

lis et intelligant corde et conuertantur et sanem eos **H**oc dixit ysaias qñ vidit gloriã eius et locutus est de eo **V**erũtãme ex pñcipibus multi crediderũt in eũ sed ppter pharizeos nõ õfitebãt vt de synagoga nõ eñcerent **D**ilexerũt eni gloriã hoim. magis q̃ gloriã dei **I**hus at clamauit et dixit **Q**ui credit in me nõ cre dit in me sed in eũ qui misit me **E**go lux in mundũ veni vt omnis qui credit in me. in tenebris nõ maneat et si q̃s audierit vba mea et custodierit ego nõ iudico **N**õ eni veni vt iudicẽ mundũ sed vt saluũ faciã mundũ **Q**ui spnit me et nõ accipit vba mea. habet q̃ iu dicet eũ. **S**ermo quẽ locut' sũ ille iudicabit eũ i nouissimo die. qz ego ex meipso nõ sũ locutus sed qui misit me pñ. ip̃e mihi mãdatũ dedit quid dicã et quid loquar **E**go scio qz mandatu eius vltã eterna ẽ. **Q**ue ergo ego loquor sicut dixit mihi pater he loquor.

De festo azimorũ appropinquãte. M. xxxvi.

R. xiiij. L. xxij. J. xiiij.

Ca. xxxvi.

Hec ẽ dies mer
curij ante diez ve
neris sanctam

Appropinqbat. L. ẽt dies festus azimorũ qui dicit' pascha
Erat. R. aut pascha et azima post biduũ. Et. M. faduz
est cũ õsumasset ih̃us sermones hos omnes. dixit discipu
lis suis. Scitis qz post biduũ pascha fiet et fili' homis tradetur
vt crucifigat' **T**ũc õgregati sũt pñcipes sacerdotũ et seniores in
atriũ pñcipsis sacerdotũ qui dicit' cayphas et õsiliũ fecerunt Et
R. q̃rebãt. L. sũmi sacerdotes et scribe quõ eũ dolo tenerẽt et occi
derẽt. timebãt. A. vero plebẽ **D**icebãt. M. R. aut non in die festo
ne forte tumult' fieret in populo **I**ntrauit. L. aut sathanas in iu
daz qui õgnomiãt scarioth vnũ de duodeci. **T**ũc. M. abijt. R. L.
vnus de duodeci ad pñcipes sacerdotũ et sũmos. R. sacerdotes
vt pderet eũ illis **E**t. L. locut' est cũ pñcipibus sacerdotũ et ma
gistratib' quẽadmodũ illũ traderet eis. et ait. M. illis **Q**uid vul
tis mihi dare et ego vob eũ tradam? **Q**ui. R. L. audiẽtes gauisi
sũt et pmiserũt. et pacti. L. sũt pecuniã illi dare **A**t illi õstituerũt
ei ẽginta argẽteos et spopõdit **E**t. M. exinde. R. A. q̃rebat opoz
tunitatẽ vt euz oportune. R. traderet sine. L. turbis. **A**n. J. diem
festũ pasche sciẽs ih̃s q̃a venit hora ei' vt trãseat ex hoc mundo
ad p̃rem. cũ dilexisset suos qui erant in mũdo in finẽ dilexit eos.

Hec est dies Jo
uis in cuius ve
spere fiebat eius
agn. et hec voca
tur prima dies a
zimorum.

Tercia pars principalis huius cõtextus
de egressu passionis et resurrectionis christi

De missionem p̃m
nõ quilibet vocat
Rimo. R. aut
in cuius l. nãe er
eo dicit dicit.
P m̃dõs p̃m. Et m̃
nis ẽtõs parat nob p
võs parat. Et dicit a
M. ẽt. L. nãõ dicit v
õpõs s̃õmũ in
võs dicit magi. **T**
cha. r. R. et r̃õdõ m
cha. et õpõs m̃õs
stratũ et ibi parat
nãõ dicit. **E**ntis. L. R.
võs pascha. **E**g. R.
dicit hoc vobis et tunc
De ablutione p̃m
Et. M. factõ cum vob
m̃ cum vobis symon
in parat in m̃õs et q̃
gũt vobis parat vobis m̃õs
se dicit nãõ aquã in p̃m et
s̃õp et r̃õp dicitõ quõ m̃õs
nem parat nãõ et p̃m dicit
mihi parat nãõ. **M**õs. **E**
p̃e meã. **D**icit nãõ symon vobis
Dicit ei ih̃s. **Q**uõ lotus s̃õmõ
võs totus et vob m̃õs nãõ
qui traderet ei. **G**arantõ eũ
nãõ p̃õs dicitõ p̃m p̃m
nãõ. **S**õmõ q̃d fr̃em nãõ
dicitõ dicitõ. **S**ũ m̃õs eg
magi et vos dicitõ m̃õs
võs r̃õs vt quem m̃õs
võs r̃õs vobis nõ dicitõ
võs q̃ m̃õs illũ. **S**ũ m̃õs

De missione petri et iohis prima die azimo

ru qua iohes vocat an festu pasche. **M.** xxvi. **R.** xiiij. **L.** xxij. **J.** xij. **Caplin.** xxxvij.

Prima. **M.** **R.** aut die azimoz qñ. **R.** pascha immolabañ. in qua. **L.** nñe erat pascha occidi. **A**ccesserunt. **M.** discipuli ad ihm et dicunt. **M.** **R.** ei Quo vis eam? et parem? tibi vt manduces pascha? **E**t mittit ex discipul suis petru. **L.** et iohes dices. **E**ntes parate nob pascha vt manducem? **A**t illi dixerunt. **V**bi vis paremus? **E**t dixit ad eos. **I**te. **M.** in ciuitate. **R.** ad quenda. **M.** **E**cce. **L.** introeuntib? vob in ciuitate occurret vob ho aphora aq portas. seqmini eu in domu in qua intrat. et dicetis pñfãillas dom? **D**icit tibi magf. **I**pñs. **M.** meu ppe est apud te facio pascha. vbi. **R.** est refectio mea? vbi. **L.** est diuersorium vbi. **L.** **R.** pascha cu discipulis meis manduce? **E**t ipse ondet cenaculu magnu stratu et ibi parate. **E**t. **R.** abierunt discipuli eius et venerunt in ciuitate. **E**ntes. **L.** **R.** aut inuenerunt sicut dixit illis ihs et parauerunt pascha. **V**espe. **R.** aut facta venit cu duodeci et. **L.** cuz fca esset hora discubuit et duodeci apli cu eo.

Hic fuit esus agni.

De ablutione pedu. **Jo.** xij. **Ca.** xxxviii.

Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor vt traderet cum iudas symonis scarioth sciens quia omnia dedit ei pater in man? et qa a deo exiuit. et ad deu vadit. **S**urgit a cena et ponit vestimenta sua. et cu accepisset linteum pñxit se. **D**einde misit aqua in pelui et cepit lauare pedes discipuloru suoz et extergere linteo quo erat pñctus. **V**enit ergo ad symonem petru et dicit ei petri? **D**ñe tu mihi lauas pedes? **N**o lauas mihi pedes in eñu? **R**edit ei ihs. **S**i no lauauero te no habebis pte mecu. **D**icit ei symo petri? **N**o tm pedes. s et manus et caput. **D**icit ei ihs. **Q**ui lotus est no indiget nisi vt pedes lauet s e mu dus totus. et vos mu di estis sed no oes. **S**ciebat naq qñã essz qui traderet eu. ppterea dixit no estis mu di oes. **P**ostqz ergo lauit pedes eoz accepit vestimenta sua. et cu recubisset iteruz dixit eis. **S**citis qd fecerim vob? **V**os vocatis me magf et domine et bene dicitis. **S**u eteni. **S**i ergo ego laui pedes vros domine et magf. et vos debetis alter alteri? lauare pedes. **E**xemplu eni dedi vobis vt quemadmodu ego feci vobis ita et vos faciatis. **A**men dico vobis no est seruus maior dño suo. **N**eqz aplus maior eo qui misit illu. si hoc scitis beati eritis si feceritis ea.

Monotesteron sine

De sacramēti institutiōe. *M. xxvi. R. xliij. Luc. xxij. Caplm. xxxix.*

Et *M.* discubentibus. *R.* eis et māducātibus ait ih̄s *D*e siderio. *L.* desideravi hoc pascha māducare vobiscū atē q̄z patiar *D*ico enī vob̄ qz ex hoc nō māducabo illō do nec impleat̄ in regno dei *C*enātibus. *M.* at̄ illis *A*ccipit ih̄s panē gr̄as. *L.* egit et b̄ndixit. *M.* et fregit. *M. L.* deditqz̄ discipulis suis et ait *A*ccipite. *M.* et comedite. hoc. *M. ē. L.* corpus. *R.* meū qd̄ pro vobis tradet̄. hoc facite in meā omemorationē *S*itr̄ et calicem postqz̄ cenauit accipiēs. *M.* gr̄as egit et dedit illis dicēs *A*ccipite. *L.* et diuidite inē vos et bibite. *M.* ex hoc oēs *H*ic est sanguis me⁹ noui testamēti *H*ic. *L.* est calix nouū testamētū in meo sanguine. *L.* q̄ p̄ vob̄ et. *M.* p̄ multis effūdet̄ in remissiōz̄ p̄ccōz̄ *D*ico aut̄ vob̄ qz nō bibā amodo de h̄ genimie vitis vsqz̄ in diē illū cum illud bibam nouū vobiscū in regno p̄ris mei dei. *R.* Et biberunt ex eo omnes.

Adet̄ur intelli genoum q̄ cena agni fuēt alia ce na vel eadem dis continuata p̄ pedum lotionem vt intelligitur p̄ di cūm *Ioh̄is*.

De predictione negatiōis petri et questione discipulorū. *M. xxvi. R. xliij. L. xxij. J. xij. Cap. xl.*

Tunc. *M. L.* dixit illis ih̄s *O*mnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte qz̄ sc̄ptū est *P*ercutiā pastorē et dispergenē oues gregis. sed postqz̄ resurrexero p̄cedaz̄ vos in galileā. *R.* n̄dēns aut̄ petrus ait illi *E*t si oēs scandalisati fuerint in te. ego nūqz̄ sc̄andalisabor *E*t. *M.* ait illi ih̄s. *p*usqz̄. *R.* gallus bis vocē dederit. ter me es negatur⁹ *A*mē. *M.* dico tibi. qz̄ in hac nocte anteqz̄ gall⁹ cātet. ter me es negaturus *A*t. *R.* ille āplius loq̄ bāt *E*t. *M.* si. *R.* oportuerit me mori tecū te nō negabo *S*imilit̄ et oēs discipuli dixerūt *N*ō. *J.* de oibus vob̄ dico *E*go scio q̄s elegerim. h̄ vt adimpleat̄ sc̄ptura *Q*ui māducatur panē meū leuabit ostra me calcaneū suū *A*mē amē dico vob̄ *p*usqz̄ fiat vt cū fuerit factū credatis q̄a ego sū *A*mē *A*mē dico vob̄ qui accipit si quē misero me accipit. qui aut̄ me accipit. accipit eū qui me misit *C*ū hoc dixisset ih̄s turbatus est spiritu et p̄testatus ē et dixit *A*mē *J. R.* dico vobis qz̄ vnus ex vobis me tradet qui. *R.* manducat mecū *A*spicientes. *J.* ergo ad inuicē discipuli hesitantes de quo diceret *E*t. *M.* contristati. *R.* valde ceperunt singuli dicere *N*unquid ego sum domine? *A*t ille respondēs ait *V*nus *R.* ex duobus decim qui. *M.* intingit. *R.* mecū manū in parabside. *M.* in catino *R.* hic me tradet *f*ilius qd̄e hois vadit sic̄ scriptū est de illo *V*te at̄ hoi illi p̄ quē fili⁹ hois tradet̄ *B*onū erat ei si nat⁹ nō fuisset

Intelligenda est trina negatio petri velut vna negatio continuata que incepit ante qz̄ gallus cātaret *E*t sic intelligūt euangeliste trinā negationem factā antequaz̄ gallus cantaret. sed consummata est ante sc̄dm gallicantū vt ponit *Marc⁹* *N*ec repugnat q̄ christus vtrunqz̄ dixerit. nunc vt *Marc⁹* ponit de his. nunc vt alij ad maiorem exag gerationem.

Unum ex quattuor

.lx.

homo ille. Respondens. **M.** at iudas qui tradidit eum dixit **Quid** ego sum Rabbi? **Dicit illi Tu dixisti. Erat. I.** ergo recubens vnus ex discipulis ei in sinu ihu quem diligebat **ihesus Innuuit** ego huic symon petrus et dixit ei. **Quis est de quo dicit? Itaque** cum recubuisset ille super pectus ihu dicit ei **Domine quis est? Respondit ihesus. Ille est cui ego** intinctum panem porrexero. **Et cum intinxisset panem dedit iude symoni scariothis** Et post buccellam tunc introiuit in eum sathanas **Et dicit ei ihesus. Quid facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discubentium** ad quod dixerit ei **Quidam enim putabatur quod loculos habebat iudas quod dicit ei ihesus** Eme ea que opus sunt nobis ad diem festum **Aut egenus ut aliquid daret** **Quia ergo accepisset ille. exiit continuo** **Erat autem nox** **Cum ergo exisset dicit ihesus** Nunc clarificatus est filius hominis et deus clarificatus est in eo. si deus clarificatus est in eo et deus clarificabit eum **Filioli adhuc** modicum vobiscum sum. **queritis me et sicut dixi iudeis** quo ego vado vos non potestis venire **Et vobis dico modo. Mandatum novum do vobis** ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. ut et vos diligatis inuicem **In hoc agnoscet omnes quod mei estis discipuli. si dilectionem habuerit. ad inuicem.** **Dicit ei symon petrus** Domine quo vadis. **Respondit ihesus** quo ego vado non potes me sequi modo. **sequeris autem postea** **Dicit ei petrus. Quare non possu te sequi modo? Animam meam pono pro te** **Respondit ihesus** Animam tuam pro me pones **Amem amem dico tibi. Non catabit gallus donec ter me neges.** **Et ipsi ceperunt querere in se quis esset qui eum traditur?** **esset facta est autem et contentio inter eos. quis eorum videret esse maiorem** **Dixit autem eis** Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos **benefici vocantur** **Vos autem non sic sed qui maior est in vobis fiat sicut minor. et qui precessor est sicut ministrator.** **Na quis maior est qui recubit** **An qui ministrat? Nonne qui recubit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat** **Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis** **Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus israel** **Dicit autem dominus symoni. Symon ecce sathan expetiuit vos** ut cribraret sicut triticum **Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua** **Et tu aliquando uersus confirma fratres tuos** **Qui dixit Domine tecum sum paratus et in carcerem et in mortem ire** **Et ille dixit** Dico tibi petre **Non catabit hodie gallus donec ter abneges** **nosse me et dixit eis** **Quia nisi vos sicut sacco et peram calciametis** **Quid aliud defuit vobis? At illi dixerunt** **Nihil** **Dixit ergo eis** **hunc nunc qui habet sacco**

Intelligendum est quod Iohannes propinquus iesu inclinauit faciem ad faciem iesu. ipsum familiariter et silenter interrogans. cui christus sum misse respondit.

Dixit hoc permittendo. non iubendo nec scelus appetendo

Hoc potest intelligi eleuate vel de preste

Monotesseron sine

tollat. similē ⁊ perā. sed qui nō habet vendat tunicā suā et emat gladiū. Dico enī vob qm̄ adhuc hoc qđ sc̄ptū ē oportz impleri in me. Et cū iniustis deputat⁹ est. Etenī ea q̄ sūt de me. finez hnt. At illi dixerūt. Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. satis est.

De sermone domini post cenam et continet multas rubricellas p̄ multitudinē doctrinarū vbi per totum de mysterio trinitatis Jo. xiiij. xv. xvi. xvij.

Prima rubricell

Et ait discipulis suis. Nō turbet̄ cor vestrū. Creditis in deū et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sūt. Si quo min⁹ dixissē vob qz vado pare vobis locū qđ absero et p̄parauero vobis locum. itez venio ad vos et accipio vos ad meip̄m vt vbi ego sū et vos sitis. et quo ego vado scitel. et viā scitis. Dicit ei thōs. Dñe nescim⁹ quo vadis et quō possimus viā scire. Dicit ei ihs. Ego sū via vitas et vita. Nemo venit ad patrem nisi p̄ me. Si cognouissetis me et patrem meū utiqz cognouissetis et amodo cognoscetis eū et vidistis eū. Dicit ei philipp⁹. Dñe onde nob̄ patrem et sufficit nobis. Dicit ei ihs. Tāto tpe vobiscū sum et non cognouistis me. Philippe qui videt me. videt et patrem meū. Quō tu dicis onde nobis patrem. Nō credis qz ego in patre et p̄ in me est. Verba q̄ ego loqz vobis a meip̄o non loqz. P̄ aut̄ in me manēs ip̄e facit opa. Nō creditis qz ego in patre et p̄ in me est. Alioq̄n ppter opa ip̄a credite. Amē amē dico vob̄ qui credit in me. opa q̄ ego facio ip̄e faciet ⁊ maiora horū faciet qz ego ad patrem vado. Et quōcūqz petieritis in nomine meo hoc facia vt glorificet̄ p̄ in filio. si qđ petieritis in nomine meo hoc facia.

Secda rubricella

Si diligitis me mādata mea seruate. et ego rogabo patrem ⁊ alium paritū dabo vob̄ vt maneat vobiscū in eternū sp̄m veritatis quē mūdus nō p̄t accipere qz nō videt eū nec scit eū. Nos aut̄ cognoscetis eū qz apud vos manebit et in vob̄ erit. Nō relinquit̄ vos orphanos. venia ad vos. Adhuc modicū et mūdus me iā nō videt. Nos autem videtis me quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis qz ego in patre meo et vos in me et ego in vobis. Qui habz mādata mea et seruat ea ille est q̄ diligit me. qui aut̄ diligit me diliget a patre meo et ego diligā eū ⁊ manifestabo ei meip̄m. Dicit ei iudas nō ille scariothis. Dñe qđ sc̄m est qz manifestatur⁹ es teip̄m nob̄ et nō mūdo. Rōdit ei ihs et dixit ei. Si q̄s diligit me s̄monē meū seruat et p̄ me diliget eū ⁊ ad eū veniem⁹ ⁊ mātionē apud eū faciem⁹. Qui n̄ diligit me sermones meos nō seruat. Et s̄monē quē audistis nō est meus s̄

Questio Jude a postoli.

Tertia rubricell

Implens sermo christi.

Annum ex quattuor .lxxj.

eius qui misit me p̄ris **H**ec locut' sū vobis apud vos manens. **P**aracletus aut' spūssanct' quē mittet p̄r in noie meo ille vos docebit om̄ia et suggeret vobis om̄ia q̄cunq; dixero vobis **P**acē relinquo vobis pacē meā do vobis. nō quō mūdus dat ego do vobis **N**ō turbe't cor v̄rm neq; formidet **A**udistis q̄a dixi vob vado et venio ad vos. si diligeretis me. gauderetis vtiq;. q̄a ad p̄rem vado qz p̄r maior est **E**t nūc dixi vobis p̄sūq; fiat vt cum factū fuerit credatis **J**ā nō multa loquar vobiscū **V**enit ensm p̄nceps mūdi hui' et in me nō habz quitq;. h̄ vt agnoscat mūd' q̄a diligo p̄rem et sicut mādatū dedit mihi p̄r sic facio **S**urgite eamus hinc **E**go sū vitis vera et p̄r meus agricola est. **O**em palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū. et oem qui fert fructuz purgabit eū vt fructū pl' afferat **J**ā vos mūdi estis p̄p̄e p̄mo/nem quē locutus sū vobis. manete in me et ego in vobis **S**icut palmes nō p̄t ferre fructū a semet ip̄o nisi māserit in vite. sic nec vos nisi in me māseritis **E**go. **J**. sū. xv. vitis et vos palmites. qui manz in me et ego i eo hic fert fructū mltū qz sū me nihil potest. facere **S**i q̄s in me nō māserit mitte't foras sic palmes et arefcet et colligēt eū et in ignē mittēt et ardet **S**i māseritis in me et verba mea in vob māserint qd̄cūq; volueritis petetis et fiet vobis **I**n hoc clarificatus est p̄r me' vt fructū plimū afferatis et efficia mini mei discipuli **S**icut dilexit me p̄r et ego dilexi vos **M**anete in dilectōe mea. si p̄cepta mea suaueritis manebitis in dilectōe mea sic et ego p̄cepta p̄ris mei suauī et maneo in eius dilectōe **H**ec locut' sū vob vt gaudiū meū in vobis sit et gaudiū vestrū impleat **H**oc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sic dilexi vos. **M**aiorē hac dilcōem nemo hz vt aiam suā ponat q̄s pro amicis suis **M**os amici mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis **J**ā nō dicā vos suos qz seruus nescit qd̄ faciat dñs ei'. **M**os aut' dixi amicos qz oia q̄cūq; audiui a p̄re meo nota feci vobis **N**ō vos me elegistis sed ego elegi vos. et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fruct' v̄r maneat vt qd̄cūq; petieritis p̄rem in noie meo det vob **H**ec mādo vob vt diligatis inuicē **S**i mūd' vos odit. scitote qz me p̄orē vobis odio habuit **S**i de mūdo fuissetis mūd' qd̄ suū erat diligeret. qz dō de mūdo nō estis h̄ ego elegi vos de mundo. p̄pterea odit vos mūdus **M**ementote sermonis mei quem ego dixi vobis **N**on est seruus maior domino suo. si me persecuti sunt et vos persequentur. si sermonem meum seruaerint et vestrūz seruabunt **S**ed hec om̄ia facient vobis p̄pter

Quarta rubricel
Scdz aliquos h̄
incipit capitulu
xv. Jo. non ex pli
cat euangelista q̄
iuerit dominus et
dixerit sequentia
qz nondum trans
ierat tozrētem ce
ozon. nec erat hy
mnus dictus. Ni
si velimus vti re
gula vel anticipa
tionis vel reme
morationis.

Preceptum dile
ctionis.
Quinta rubricel.

Sexta rubricella

Monotesteron sine

nomē meū q̄a nesciūt eū qui misit me **S**i non venissē et locut⁹ eis
fuisse p̄ccm nō h̄rent **N**ūc aut̄ excusationem nō h̄nt de p̄ccō suo
Qui odit me. et p̄rem meū odit **S**i opa nō fecissē in eis que nō
alius fecit. p̄ccm nō h̄rent **N**ūc aut̄ et viderūt et oderūt et me et
p̄rem meū. sed vt impleat̄ h̄mo qui in lege eoz̄ sc̄ptus ē qz odio
habuerūt me gratis **C**ū aut̄ venerit pacitus quē ego mittam
vobis a p̄re sp̄m veritatis qui a p̄re p̄cedit ille testimoniū phibe/
bit de me et vos testimoniū phibebitis qz ab initio mecū estis.
Hec locut⁹ sū vobis vt nō sc̄adalisemini **A**bsqz synagogis faci/
ent vos. h̄ venit hora vt om̄s qui inficit vos arbitres obsequz
se p̄stare deo **E**t hec faciet̄ vob qz non nouerūt p̄rem neqz me. h̄
hec locut⁹ sū vobis vt cū venerit hora eoz̄ reminiscamini qz ego
dixi vobis. **H**ec at̄ vobis ab initio nō dixi qz vobiscū erā. **E**t
nunc vado ad eum qui me misit et nemo ex vobis int̄rogat me
quo vadis **S**ed qz hec locut⁹ sū vobis tristitia impleuit cor v̄rm
sed ego v̄ritatē dico vobis **E**xpedi vobis vt ego vadā **S**i eni
nō abiero pacit⁹ nō veniet ad vos. si at̄ abiero mittā eū ad vos
Et cū venerit ille. arguet mundū de p̄ccō. et de iustitia. et de iudi/
cio **D**e p̄ccō quidē qz nō crederūt in me. de iustitia v̄o q̄a ad
p̄rem vado et iā nō videbitis me **D**e iudicio aut̄ qz p̄nceps hu/
ius mūdi iā iudicat⁹ est **A**d huc multa h̄eo vob dicere sed nō po/
testis portare mō **C**ū aut̄ venerit ille sp̄s v̄ritatis docebit vos
oēm veritatē **N**ō enī loquet̄ a semet ip̄o sed q̄cunqz audiet loq̄/
tur et que v̄tura sūt annūciabit vob **I**lle me clarificabit q̄a de
meo accipiet q̄ annūciabit vob **M**odicū et iā nō videbitis me.
q̄ itez modicū q̄ videbitis me qz vado ad p̄rez **D**ixerūt ego ex/
discipulis eius ad inuicē **Q**uid est hoc qd̄ dicit nob̄ modicuz et
non videbitis me et itez modicū et videbitis me et q̄a vado ad
p̄rem? **D**icebāt ergo qd̄ est hoc qd̄ dicit nob̄ modicū? **N**escimus
qd̄ loquiē. **C**ognouit at̄ ihs q̄a volebāt eum int̄rogare et dixit
eis **D**e hoc q̄ritis inter vos qz dixi modicū et nō videbitis me
et itez modicū q̄ videbitis me **A**mē amē dico vob qz plorabit.
et flebitis vos. mūdus aut̄ gaudebit. vos aut̄ tristabimini. sed
tristitia v̄ra vertet̄ in gaudiū. **M**ulier cū parit tristitiā h̄z qz v̄it
hora ei⁹ **C**ū at̄ pepit puerū. iā nō meminit p̄ssure p̄pter gaudiū
qz natus est hō in mūdū **E**t vos igif̄ nūc quidē tristitiā habet̄.
Iterū aut̄ videbo vos et gaudebit cor vestrū et gaudiū vestrū
nō toller a vob **E**t in illo die nō rogabit̄ q̄cquā **A**mē amē
dico vob si qd̄ petierit. p̄rez i noīe meo dabit vob. **A**bsqz mō nō

Septia rubricell.

Octava rubricell.

Nona rubricell.

Decia rubricell.

petistis quicq; in nomine meo **P**etite et accipietis ut gaudium vestrum sit plenum **H**ec in proverbii locutus sum vobis. Venit enim hora cum iam non in proverbii loquar vobis sed palam de patre meo annuntiabo vobis **I**llo die in nomine meo petetis **E**t non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis **I**psa enim pater amat vos quia vos me amatis et credidistis quia a deo exiui **E**xiui a patre et veni in mundum **T**erum relinquo mundum et vado ad patrem **D**icunt ei discipuli eius **E**cce nunc palam loquaris et proverbium nullum dicis **N**unc scimus quia scis omnia et non est opus tibi ut quis te interroget **I**n hoc cognovimus quia a deo existi **R**espondit eis **I**esus **N**on creditis **E**cce venit hora et iam venit ut dispergamini unusquisque in propria et me solum relinquitis. et non sum solus quia pater mecum est **H**ec locutus sum vobis ut in me pacem habeatis **I**n mundo persecutionem habebitis sed confidite ego vici mundum **H**ec locutus est **I**esus et **I**blevatis in celum oculis dixit **P**ater venit hora clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te sic dedisti ei partem omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam. **H**ec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti **I**esum christum **E**go et clarificavi super terram. opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui prius quam mundus esset apud te **M**anifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo **T**ui erant et mihi eos dedisti et sermonem tuum servaverunt et nunc cognoverunt quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt quia verba quae dedisti mihi dedi eis. et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exiui et crederunt quia tu me misisti **E**go pro eis rogo non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt **E**t mea omnia tua sunt et tua mea sunt et clarificatus sum in eis **E**t iam non sum in mundo et hi in mundo sunt et ego ad te venio. **P**ater sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos **C**um essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo. quos dedisti mihi custodiui et nemo ex eis perierit nisi filius perditionis ut scriptura impleatur **N**unc autem ad te venio et hec loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. **E**go dedi eis sermonem tuum et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo **N**on rogo ut tollas eos de mundo sed ut serves eos a malo **D**e mundo non sunt sicut et ego non sum de mundo **S**anctifica eos in veritate. sermo tuus veritas est. sicut tu me misisti in mundum. et ego misi eos in mundum et ego pro ipsis sanctifico meipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate **N**on pro his autem rogo tantum. sed et pro eis

Invocima rubri cella.

Duodecima rubricella.

Monotesteron sine

qui credituri sūt per verbū eorū in me. vt omēs vnū sint. sic et ego p̄r in te et tu in me. vt et ipsi in nobis vnū sint. vt mundus credat qz tu me misisti. Et ego claritatē quā dedisti mihi. dedi eis. vt sint vnū sicut et nos vnū sum⁹. Ego in eis et tu in me vt sint cōsummati in vnū et cognoscat mūdus qz tu me misisti. et dilexisti eos sicut et me dilexisti. P̄r quos dedisti mihi volo vt vbi ego suz et illi sint mecum vt videāt claritatē meā quā dedisti mihi. qz dilexisti me aff̄stitutionē mūdi. P̄r iuste mūd⁹ te nō cognouit ego at cognouit et hī cognouerūt qz tu me misisti et notū feci eis nomē tuū vt dilectio. qua dilexisti me. in ipsis sit et ego in ipsis

De orōne ihu et sua captione. M. xxvi.

R. xiiij. L. xxij. J. xvij.

Ca. xliij.

Hec. J. cū dixisset ih̄s. M. hymno. R. dicto exierūt in montem oliueti et. L. egressus ibat s̄m consuetudinē in montem oliuarū trās torrentē. J. cedron in villā. M. in prediū. R. cui nomē gethsemani. Secuti. L. sūt at eū et discipuli ei⁹. Sciebat J. et iudas qui tradebat eū/locū. qz frequēter ouenerat ih̄s illuc cū discipulis suis. et M. dixit. R. Sedete hic donec. M. vadam il luc. M. et ozem. R. Et coassūpto. M. R. petro et duob⁹ filijs zebedei cepit. M. cōtristari et mestus esse pauere. R. et tedere. Tūc. M. ait. R. illis Tristis ē aīa mea vsqz ad mortē Sustinete hic et vigilate mecum. et. L. ipse auulsus est ab eis qntū est iactus lapidis Et pgressus. M. R. pusillū p̄ciōit. M. in facie suā sup. R. terrā orabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hora Et dixit Abba p̄r om̄ia possibilīa sūt tibi. transfer hūc calicē a me. sed nō quod ego volo sed qd tu. Mi. M. p̄r si possibile est trāseat a me calix iste. Verūtū nō sicut ego volo sed sic tu Et venit ad discipulos suos et. M. inuenit. R. eos dormiētes. et dixit petro sic. Symō. R. dormis. Nō M. potuisti. R. vna hora vigilare mecum? Vigilate et ozate vt nō intretis in tentationē Spiritus quidem promptus est caro autē infirma Iterū sc̄do abijt et ozauit eundē sermonē. dicēs Pater M. mi si nō pōt hic calix trāsire nisi bibā illū fiat volūtas tua Et venit. M. R. iterū et inuenit eos dormiētes. Erāt enī oculi eorum grauari et ignorabāt. R. qd r̄nderēt ei. Et reliētis. M. illis iterū abijt et ozauit eundē s̄monē. et positus L. genib⁹ orabat dicens P̄r si vis trāsfer calicē istū a me Verūtū nō mea s̄ tua volūtas fiat Apparuit autē illi angelus de celo cōfortans eū Et factus

potest intelligi
qz christ⁹ his ita
dixit.

probabile est qz
fuit gabriel.

Unū ex quattuor

Leui:

In agonia plūxius orabat. et factus est sudor eius sicut gutte sā
guinis decurrētis i terrā Et cū surrexisset ab oratione venisset
ad discipulos suos inuenit eos dormiētes pze tristitia. et ait illis
Quid dormitis? Dormite iā. M. R. et req̄escite Sufficit. R. surgi
te. L. et orate ne intretis in tentationē Ecce M. appropinquit. R.
hora et fili' hois tradet in man' p̄coz. surgite eam? Ecce qui me
tradet p̄pe est. Judas. J. ergo cū accepisset cohortē a p̄tificib'
et phariseis ministros. venit illuc cū laternis et facibus et armis
Et. M. adhuc. R. iesu loquēte Ecce iudas schariothis vn' ex. xij
et cū eo turba multa cū glad̄is et fustibus. missi. M. a p̄ncipibus
sacerdotū et scribis. R. et seniorib'. M. R. populi Dedat at tra
ditor eis signū dicēs Quēcunq; osculatus fuero ip̄e est tenete eū
et ducite. R. caute et. L. antecedebat eos et appropinquit iesu vt
oscularet eū Et. M. cū venisset. R. statim accessit ad eū et ait Rab
bi. R. Que. M. rabbi. et. M. osculatus. R. est euz Dixit. M. ei iesus
Amice. Ad q̄d venisti? Iuda osculo filiū homis tradis Iesus J
itaq; sciens omnia que vētura erāt sup eū p̄cessit et dixit eis. quē
q̄ritis? R̄nderūt ei Iesū nazarenū dixit eis iesus ego sū Stabat
aūt et iudas qui tradidit eū cū ip̄is Ut ergo dixit eis iesus ego
sum abierūt retrorsū et ceciderūt in terrā. Itē ergo eos interro
gauit Quē queritis? Illi at dixerūt Iesū nazarenū. R̄ndit iesus.
Dixi vob̄ q̄a ego sū. si ergo me q̄ritis sinite hos abire Ut imple
retur sermo quem dixit quia quos dedisti mihi non p̄didi ex eis
quēq; Tūc. M. accesserūt et manus. M. R. iniecerūt in iesū et tenu
erūt eū Vidētes. L. aūt hi qui cū ip̄o erāt. q̄d futurū erat dixe
rūt ei Dñe si p̄cutimus in gladio. R̄ndens aūt iesus ait. sinite vsq;
huc Simō. M. R. ergo petrus h̄ns gladiū eduxit eū et p̄cussit
p̄tificis sūmi. R. sacerdotis seruū et abscidit auriculā ei' dexterā
J. Erat autē nomē seruo malchus Dixit ergo iesus petro Mitte
gladiū in vaginā Calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibam
illū? Om̄es. M. enī qui acceperint gladiū gladio peribūt An pu
tas q̄a nō possū rogare p̄rem meū et exhibebit mihi mō plus q̄z
duodeci legiones āgeloz? Quomō ergo implebunt sc̄pture? q̄a
sic oportet fieri Et. L. cū tetigisset auriculā eius sanauit euz. Di
xit aūt iesus ad eos qui venerāt ad se p̄ncipes sacerdotū et ma
gistratus tēpli et seniores Tanq̄. M. L. ad. R. latronē existis cū
glad̄is et fustibus op̄rehēdere me. cū q̄tidie. L. fuerim vobiscuz
in tēplo et sedebā. M. docēs et nō. M. me. R. tenuistis. sed hec est
hora v̄sa et ptās tenebrāz. sp̄oc. M. aūt. R. totū factū est vt ad/

Intelligendū est
postq̄ iudas os-
culatus est iesū
quia p̄cesserat re-
gressus ad turbā
ad quam Iesus
p̄cessit.

Intelligendū est
q̄ non expectata
respōsione xp̄i pe-
trus percussit

Supuenerāt for-
te aliqui cum tur-
ba. vel post. v̄l iō
dicunt p̄ncipes
venisse quia mise-
runt suos

Monotefferon siue

impleretur scriptura prophetarum. Tunc. **M.** discipuli. **R.** relicto eo omnes fugerunt. **Adolefcens.** **R.** aut quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo et tenuerunt eum. **Et** ille relicta sindone nudus profugit ab eis. **Cohors.** **J.** aut et tribunus et ministri iudeorum apprehenderunt Iesum et tenentes. **M. L.** ligauerunt eum et adduxerunt eum ad Annam primum. **Erat** enim socer cayphe qui erat pontifex anni illius. **Erat** autem cayphas qui consilium dederat iudeis quia expedit unum hominem morti pro populo. **Et** conuenerunt. **R.** in unum omnes sacerdotes scribe et pharisaei et seniores.

De missione iesu ad annam. Et prima negatione petri. **M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xvij. Ca. xliij.**

Quibus diuersi diuersimode videntur loqui de modo concordandi triplicem negationem petri ita ut Augustinus sentire videatur totam fuisse in domino Anne Ipe nihilominus vel alij non intendunt per iudicare probabili oratione modo dicendum si et textu possit elici sicut esse videtur modo hic contentus in dicit lector

Sequebatur. **J.** autem Iesum Simon petrus et alius discipulus. **discipulus** autem ille erat notus pontifici et introiit in atrium principis cum iesu. **Petrus** autem stabat ad hostium foris. **Exiit** ergo alius discipulus qui erat notus pontifici et dixit hostiarie et introduxit petrum. **dixit** ergo petro ancilla hostiaria summi. **R. sacerdotis** cum videret petrum calefacientem se. **L. sedentem** ad lumem. **Et** **M. tu** cum iesu nazareno. **R. galileo** eras inquit. **J. et tu** ex discipulis es hominis istius? **Et** hic. **L. cum** illo erat. **M. ille.** **R. negauit** **L. illum** coram omnibus dicens. **Mulier.** **L. non** noui illum. **R. J. sum** neque **R. scio.** neque noui quid dicas. **Stabant.** **J. autem** serui et ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebant se. **Erat** autem cum eis et petrus stans et calefaciens se. **Et.** **R. exiit** foras ante atrium et galus catavit. **Pontifex.** **J. ergo** interrogauit iesum de discipulis et de doctrina eius. **R. respondit** ei iesus. **Ego** palam locutus sum mundo ego scripsi docui in synagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt et in occulto locutus sum nihil. **Quid** me interrogas. **Interroga** eos qui audiverunt que locutus sum ipsis. **Ecce** hi sciunt quid dixerim ego. **Hec** cum dixisset unus assistens ministrorum dedit alapa iesu dicens. **Sic** respondes pontifici? **R. respondit** ei iesus. **Si** male locutus sum testimonium pharisaeorum de malo. si autem bene quid me cedis? **Et** misit eum annas ligatum ad caypham pontificem.

De missione iesu ad caypham. **M. xxvj. R. xiiij. L. xxij. J. xvij. Ca. xliij.**

